

## Suffragium pro Egrediente de Servitio Coquinae

V. Benedíctus es, Dómine Deus, † qui adjuvísti me, et consolátus es me. †

Hebdomad. V. Salvum fac servum tuum. †

R. Deus meus, sperántem in te. †

V. Convrertere, Dómine, úsquequo. †

R. Et deprecábilis esto super servum tuum. †

V. Dóminus vobíscum. †

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. †

Deus, cui humílum semper accépta sunt vota animárum, † respice propítius super hujus servi tui fratri nostri obséquia, et ad tuam eum fac pertíngere grátiam: \* ut quia peráctae hebdómadae servítia devótā mente complévit, † pleníssimam véniam per te consequátur, Salvátor mundi. \* Qui vivis et regnas Deus, per ómnia saecula sæculórum. †

R. Amen.

## Suffragium pro Ingrediente

V. Deus in adjutórium meum inténde, † Dómine ad adjuvándum me festína. †

Hebdomad. V. Salvum fac servum tuum. †

R. Deus meus, sperántem in te. †

V. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto. †

R. Et de Sion tuére eum. †

V. Dóminus vobiscum. †

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. †

Misericors, ac piíssime Deus, qui ubíque fámulos tuos tuéis semper, et ádujas: † hujus servi tui fratris nostri in bonum accúmula votum, † auge desidérium: † ut recte frátribus suis impéndat servítia, Salvátor mundi. \* Qui vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculórum. †

R. Amen.

### **Suffragium pro Lectore mensæ**

**V.** Dómine lábia mea apéries, † et os meum annuntiábit laudem tuam. †

**Hebdomad.** **V.** Salvum fac servum tuum. †

**R.** Deus meus, sperántem in te. †

**V.** Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto. †

**R.** Et de Sion tuére eum. †

**V.** Convrertere, Dómine, úsquequo. †

**R.** Et deprecábilis esto super servum tuum. †

**V.** Dóminus vobiscum. †

**R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus. †

**D**óminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum, \* et áuferat a te spíritum elatiónis. †

**R.** Amen.

### **Suffragium pro Lectore mensae**

**V.** Dómine lábia mea apéries, † et os meum annuntiábit laudem tuam. †

**Hebdomad.** **V.** Salvum fac servum tuum. †

**R.** Deus meus, sperántem in te. †

**V.** Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto. †

**R.** Et de Sion tuére eum. †

**V.** Convrertere, Dómine, úsquequo. †

**R.** Et deprecábilis esto super servum tuum. †

**V.** Dóminus vobiscum. †

**R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus. †

**D**óminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum, \* et áuferat a te spíritum elatiónis. †

**R.** Amen.